

**A PHÆRESIS** est ablato literæ vel syllabæ à principio dictionis: ut, *temnere*, *pro contemnere*.

*Etsi apud Latinos quidem sic usurpentur haec duas Figuræ.*

**E PENTHESIS** est additio literæ vel syllabæ in medio dictionis: ut, *relligio pro religio*.

**S Y N C O P S** est ablato literæ vel syllabæ in medio dictionis: ut, *dixi*, *pro dixisti*.

**P A R A G O G E** est additio literæ vel syllabæ ad finem dictionis: ut, *dicier pro dici*.

**A P O C O P E** est ablato literæ vel syllabæ à fine dictionis: *Tun' pro tūne*.

*Aliquando Syncope & Apocope concurrunt: vim pro visne? audin' pro audisne?*

**S Y N A R E S I S** est contractio duarum syllabarum in unam, ut, *negoti pro negotii*.

**D I A R E S I S** est distractio unius syllabæ in duas: *aulai pro aulae*, *dissoluenda pro dissolvenda*.

**M E T A T H E S I S** est transpositio literæ vel syllabæ ab ordinaria sede ad aliam: ut, *Tymbre pro Tymber*, *nisi Vocativum esse malum à Tymbris*.

**A N T I T H E S I S** seu *Antistæchon* est positio unius literæ vel syllabæ pro alia: ut, *ellis pro illi*.

**T M E S I S** est dissectio vocis compositæ: ut, *Quæ me cung̃ vocant terra*.

VER.